

resolvit Soula in tit. de pascuis. articulo. 2. vide eum, & Joannem Gratianum in reg. 403. & Avendañum 2. p. c. 10. prior. in fine, & latè Farinac. q. 107. ex n. 6. & Thom. Sanchez in consil. moralib. l. 3. capite unico, sub. 19.

Ad numerum 16. ibi: Et breviter, & resolutivo dico, &c.

Injuriam inferens quod possit petere cautionem de non offendendo ab injuriato, etiamsi culpa sua orta fuerit inimicitia, & quod etiam Judex ex officio possit hoc præcipere, & cautionem esse debere pro se, & consanguineis, amicis, & familiaribus, ut hic resolvitur, docent latè Menoch de arbitrariis, cas. 139. & duob. seq. Bernardus Diaz regula. 110. ubi Salzedo plures ampliaciones congregat. Plaza in piteime delict. c. 7. n. 1. Aviles in c. 6. p. rator. n. 8. Barbosa in collect. denuntiamus, ubi quod citatio, & causæ cognitio requiritur, & latissime omnino videndus Farinacius quæst. 107. per totam, ubi omnes difficultates fulsissime prosequitur ad saturitatem, & num. 27. refert plures tenentes quod quis cavere non teneatur nisi pro filiis, aut eis quos in potestate habet, aut pro illis tantum de familia quibus prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, & non pro aliis; Molina de justitia, tom. 4. disput. 4. n. 12. ubi declarat, se intelligere dictam resolutionem, ut tunc procedat quando timeretur quod illi consanguinei, ipsius offensus intuitu, damnum inferrent; si verò timeretur quod aliquis consanguineus inde offensus pro se damnum inferre vellet, tunc ab eo cautio petenda est & non ab eo qui injuriam accepit. à quo ille alius non pender in eodanno inferendoc: eos vide, Cevallos q. 34. & Bobadillam in polit. l. 2. c. p. 13. n. 43. & 44. & latius Farinac. in dicta q. 107. ex n. 3. apud quos tractatum invenies an Judex possit cogere partes ad pacem & concordiam? quod utique poterit facere post punitionem, ut constat ex Bobadil. & Farin. & aliis ab eis relatis, & Thoma Sanchez l. 6. consil. cap. 1. n. 15. vide etiam Basil. Pontium de mar. lib. 1. c. 20. ubi quod valet pactum ne injurians possit perpetuo ingredi civitatem; de quo etiam alia supra, c. 3. n. 55.

Ad numerum 17. ibi: Sed in eo resolutivo dico, &c.

Cautionem juratoriam sufficere, si non possit fidejussores invenire, ut hic resolvitur, docent Menoch, cas. 15. de arbitrariis Aviles in c. 6. p. ratorum, verbo, Pobres, ex n. 6. Gratian. in regul. 464. Gutierrez in l. memo potest n. 294. Ceval. quæst. 846. in fine, & melius quæst. 66. ubi tandem totum hoc Judicis arbitrio relinquit. Molina de juria, tom. 4. disput. 4. n. 12. & latissime ut solet Farin. d. q. 107. ex n. 36. usque ad 44. quem omnino videas q. 13. ex n. 44. Et generaliter quando cautio intelligatur cum fidejussore, vel sine eo, vident si sunt Gregorius in l. 33. tit. 18. d. 3. Gratianus discept. cap. 227. Barbosa latissime in leg. 8. §. inter annos, ff. de soluto matrimonio, l. 1. §. seq. Guzman de evulsionibus, q. 17. n. 14. Farinacius sup. & tom. 1. quæst. 3. num. 43. & seq. Barbosa in colle. Auth. in casu gene. aliter, C. de Episcopis, & Clericis, in fine; & in colle. cap. 9. de restitutione, spoliatorum: n. 6. & 7. & in c. 13. eodem tit. Salgado de protecl. 4. p. v. cap. 12. ex n. 91. & de obligato dare talem fidejussorem an impleat dando alium æque idoneum, vel pignora, Guzman d. q. 17. Et an impleat dando fidejussorem extra civitatem? Gratianus discept. c. 230. ex num. 4. &

cap. 229. Fechinus lib. 12. contravers. cap. 63. & iterum Guzman quæst. 2. ex n. 55. & Hermosilla in l. 32. tit. 5. o. §. glossa prima, n. 287. ubi an qui debet dare fidejussorem impleat faciendo cautionem juratoriam? de quibus omnibus vide supra in c. de fidej. sponso.

Ibi: Et ex superioribus potest dehi i, &c. Quod meretrix, seu mulier inhonesta, seu infectus morbo pestilenti potest ejici à vicinia, diximus jam to. 2. c. 3. de locatione, & conduct. & videri potest Farin. in frazmenis, verbo, Meretrix, num. 407. Azevedus in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. numero 28. & seq.

An pro condemnatione injuriæ habeat locum cessio bonorum vide Bæzaram de debito, cap. 16. num. 31. & c. 11. num. 6.

Item an injuriarum actio competat heredi, vel contra heredem? vide omnino D. Francisc. de Amaya in l. 10. Codic. de jur. sibi lib. 10. n. 14. ubi quod post lris contestationem heredi, & in heredem datur, & l. 1. ff. de i. juris: Et vide supra, cap. 1. num. 85. & Cancercium varia. num. 3. parte, cap. 11. num. 133. & seq. ubi de virgine deplorata decedente, an transmittat ad heredem jus petendi dorem ab usuratore? & Matienzo l. 7. tit. 10. lib. 5. num. glossa. 5. num. 14.

Item adde quod injuria facta hibernioni, & si milibus personis, non est considerabilis, ut notat Gratianus discept. c. 185. n. 46. ad quod vide de Farinacium quæst. 105. num. 176.

CAPUT VII.

De Crimine Stellionatus.

SUMMARI A.

- 1. Quid sit crimen stellionatus?
2. Variæ ejus species.

Inaliter & postremò adde, quod omnia prædicta delicta publica, vel privata sunt nominata, & specialia. Sed alia reperiuntur delicta, generica, & innominata, quæ comprehenduntur sub nomine, & crimine stellionatus, textus est capitalis & expressus in l. 1. §. p. ratorum, ff. de crim. stellionatus, textus in l. 1. §. per totum, C. eod. tit. & utrobique communiter Doctores, & adde quod dicitur crimen stellionatus ad similitudinem cujusdam animalis stellionis, quod a erat serpens variis coloribus stellatus, & pictus. Sic delictum continet diversa & distincta facta; propter maximam diversitatem doli, quem homines in factis, & negotiis committunt, & committere possunt: ita Odofr. in rub. C. de crimin. stellionat. & ibi communiter alii Doctor. & casus, & exempla in quibus quis committit istud crimen stellionatus, sunt frequentes. Primus est, quando quis rem suam alicui obligavit, vel hypothecavit, & postea scienter non certiorando de tali obligatione, vel hypotheca, sed eam dolose, & cum calliditate dissimulando alteri obligavit, textus est formalis, & expressus in l. 1. ff. de crimine stellionat. & ibi communiter Doctor text. in l. 1. C. eod. tit. quod tamen limita, & intellige, quando specialiter rem obligavit vel hypothecavit prædictis duobus: scilicet verò si generaliter obligavit utrique bona sua, ut communiter fieri solet, quia tunc non iaci-

ADDITIONES.

CAPUT VII.

De Crimine Stellionatus.

SUMMARIUM.

- 1. Doctores referuntur materiam explicantes.
2. Quid sit crimen stellionatus, & an illud committat quis tacite obligationem generalem, & quid de contractu nulli.
3. De aliis modis committendi stellionatum, & de eo qui vendit rem suppositam censui.

MATERIAM criminis stellionatus explicant, præter ordinarius in hoc tit. Cod. & ff. Bollius in prædictis de stellionatus crimine, Menochius de arbitr. cas. 381. Gregor. in l. 10. tit. 1. part. 5. & in l. 7. §. finalis. 16. partia 7. Oualdus ad Donellum lib. 18. cap. 8. Petrus Crederius in smagm. lib. 39. cap. 3. Tiberius Decianus l. 3. c. 17. Tuschus lit. 5. conclus. 691. per totam, Farinac. quæst. 150. n. 219. & seq. & v. 288. & quæst. 168. num. 16. & in frazmenis, verbo, Credit. & consil. 7. lib. 1. ubi quod non agitur criminaliter quando per actionem civilem, ex contractu potest satisfieri, & consil. 96. numero 19. & sequentibus, & decisio 138. lib. prima, in additione, ubi de vendente rem duobus, & alia; optimè Parlador differentia 132. numer. 4. & 5. & in §. ibidem, Bolanus in Curia Philippica, 2. con. verbo, Hypotheca, num. 16. ubi quomodo purgetur crimen stellionatus, & Lafare de gabs. lib. in additionibus ad caput 16. num. 10. ubi quod committeret hoc crimen, si præconizetur majus pretium quam quod revera oblatum est; iterum de hac materia Farinacius quæst. 19. ex numer. 33. & quæst. 26. numer. 28. ubi de fingente se divitem, cum sit pauper, Pradilla de lege panali. 2. parte, c. 7. & cap. 45. num. fin. ubi quod crimen stellionatus committit qui debitum solum iterum perit, Villadiego in politica in forma libellandi in hoc crimine stellionatus, Molina de justitia, tom. 5. disputatione 9. numer. 26. apud quos materiam fulsissime explicatam invenies, & apud Pichard. in §. injuria, Institut. de lege Aquilia, n. 64. ubi explicat in quo consistat natura hujus delicti: Salgado in labyrintho, 1. parte, c. 4. ex n. 98. ubi quod quando materia contractus est ordinata potius ad dolum quam ad nulliter contrahendum, potest agi criminaliter ad penam stellionatus.

Ad num. 1. ibi: Primus est, &c.

Quod crimen stellionatus committat, qui rem prius obligatam specialiter, vel generaliter alteri eam obligavit, tacendo priorem hypothecam præterquam si res sufficeret pro utroque debito, resolvit Gomezius in præfenti, & comprobat Pichardus qui alios refert in manductionibus, parte, §. 4. num. 116. ubi ait crimen stellionatus committi in prædicto casu, si quis bona aliqua vendit, quæ antea sub generali obligatione comprehensa fuerant, alienans ea libera, & vacua vendi, esseque ab omni onere, & obligatione immunia (ut verbis Pichardi utar) vide eum, & Azevedum in l. 2. tit. 15. lib. 5. Recopilationis, & Villadiegum in politica in forma libellandi in criminali, n. 8. verbo, Tes de notar, qui

incidit in aliquod crimen, quia quodammodo esset tollere commercium: ita tener solus Angel. in d. l. C. de crimine stellion. Sed certè, salva ejus pace, ego tenerem contrarium, quia in hypotheca, & aliis actibus ex quibus quaeritur, vel confertur jus, sicut valet generica dispositio, quoad genus, & fcur particularis, quoad speciem, ut in l. ob ignone, ff. de pign. text. in l. fin. Cod. quæres pign. oblig. pos. ubi fortius probat textus quod generalis est majoris potentia, quam specialis, cum extendatur ad bona futura, in quo ille textus est singularis, & unicus secundum Doctores ibi, quod intellige, quando res non sufficeret pro omnibussecus aliàs, ita l. 7. tit. 16. part. 2. part. Secundus casus & exemplum est, quando quis imposuit majus pretium tritico, vel alteri rei, quam valeret communiter in subhastatione publica, vel quovis alio loco, ut carius aliis venderetur. ita Bartol. in d. l. 1. ff. de crimine stellionat. Tertius casus est, quando quis ostendit alicui aliquam rem alicujus generis, & bonitatis vendendam certo, & determinato pretio, & postea ostendit ei aliam ejusdem generis, sed non æque & similis bonitatis in substantia: textus est in l. 3. vers. sed & si quis, ff. de crimine stellion. & ibi communiter Doctores, & probat prædicta lex par. Quartus casus notabilis & genericus fit quando quis commisit dolum in præjudicium alterius in quolibet actu, vel contractu, quia ultra actionem civilem, quæ datur, & competit parti ac interese, præter totam tit. cum, ff. Cod. de dolo, teneret etiam qui commisit dolum crimine stellionatus, ut penam extraordinariâ judicis arbitrio puniatur. Ita probat textus in d. l. ff. de crimine stellion. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alberic. Angel. & communiter Doctores, & idem probat, & disponit lex 7. & 8. tit. 16. 7. part. ubi per te vide alia exempla hujus criminis.

Carius verò 2. part. Secundus casus & exemplum est, quando quis imposuit majus pretium tritico, vel alteri rei, quam valeret communiter in subhastatione publica, vel quovis alio loco, ut carius aliis venderetur. ita Bartol. in d. l. 1. ff. de crimine stellionat. Tertius casus est, quando quis ostendit alicui aliquam rem alicujus generis, & bonitatis vendendam certo, & determinato pretio, & postea ostendit ei aliam ejusdem generis, sed non æque & similis bonitatis in substantia: textus est in l. 3. vers. sed & si quis, ff. de crimine stellion. & ibi communiter Doctores, & probat prædicta lex par. Quartus casus notabilis & genericus fit quando quis commisit dolum in præjudicium alterius in quolibet actu, vel contractu, quia ultra actionem civilem, quæ datur, & competit parti ac interese, præter totam tit. cum, ff. Cod. de dolo, teneret etiam qui commisit dolum crimine stellionatus, ut penam extraordinariâ judicis arbitrio puniatur. Ita probat textus in d. l. ff. de crimine stellion. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alberic. Angel. & communiter Doctores, & idem probat, & disponit lex 7. & 8. tit. 16. 7. part. ubi per te vide alia exempla hujus criminis.

Nota contra mercatores.

Et adde quod alius casus potest esse quando mulier utitur vestibus masculi, vel è contra ad committendam libidinem coloribus: & jam iste casus mihi cognitè de facto in hac civitate Salmantina in quadam muliere libera; & dicerem, quòd si copula est punibilis aggravatur ex hoc, si verò non est punibilis, puniretur iste excessus; quia respicit dolum in genere & quandam falsitatem, & ita practicitur in hoc regno. Item adde quòd alius casus erit in publico lenone, qui habet curam & custodiam alicujus publicæ meretricis, & acquirit lucra ejus vel partem; nam punitur penâ exilii perpetui, & pro tertâ penâ mortis: ita l. fin. tit. lib. 8. ord. & dicitur meretrix, ut dixi in l. 62. Tauri. \*

ANNOTATIONES.

Quod erat serpens variis coloribus? Plin. l. 30. c. 10. vrasum animal læcetæ haud dissimile, & guttis stellis distinctum inquit, cujus etiam Apuleius Apolog. 1. & column. lib. 9. c. 7. meminere, illud instar reliquorum serpentum veluti laum lenium exuere in literas mittunt.

Crimen stellionatus quod

Diversis species ejus.

qui contrarium videntur tenere, & vide Didacum Gomez Bayo lib. 2. sua praxis, quast. 133. ubi cum nostro Gomezio transit num. 2. vide etiam Pichardum in §. aliquando, Institut. de obligation. que ex delicto, n. 10. & Escobar, de puritate sanguinis, 2. parte, quast. 4. artic. 4. §. 1. numero 57. ubi quod non committitur hoc crimen in contractu nullo.

Item de aliis modis quibus committitur crimen stellionatus præter supra relatos, num. 1. vide Valladegum diction. 8. ubi eos refert, & Scacciam de sententia, & rejudicata, c. 1. glossa 1. quastione 1. sub num. 5. & de commerciis, §. 2. glossa quinta, num. 380. & 381. ubi de mandatorio emente rem nomine proprio, quod teneatur crimine stellionatus, idem Scaccia in dicto tractatu de sententia, & rejudicata, glossa 14. quastione 19. numero 47. ubi quod pendente causa civili super actione in factum que oritur adversus eum quibus is idem exegit, non potest intentari actio criminalis ex stellionatu, cum illa civilis, sit præjudicialis criminali, & Salgado in labyrintho prima parte, c. 14. ex n. 92. ubi quod crimine stellionatus tenetur debitor, cujus bona sunt in concurſu, & administratione, si super eis aliquid disponat.

Item si quis rem censu consignativo obligatam vendit, tenetur crimine stellionatus, & præterea rem venditam liberare debet, cum non liceat emptori à contractu discedere invito venditore, nisi censu esset perpetuus, Gutierrez libro secundo de quastione 169. Rodriguez de redditibus, libro secundo, quastione 22. num. 49.

CAPUT VII.

De Exilio & Relegatione.

SUMMARIA.

- 1 Si exilium imponitur, & non servatur, quæ pena puniatur.
- 2 An exilium vel tempus exili censetur perpetuum, vel interpolatum?
- 3 Si iudex imponit penam exilii dicendo, Condemno Titium ad tempus simpliciter nulla facta mentione temporis, pro quo tempore videatur exulatus?
- 4 Durante tempore exilii, an possit iudex concedere licentiam redeundi?
- 5 Si exilium est impostum per iudicem ad beneplacitum & voluntatem suam, an mortuo iudice vel ab officio remoto censetur revocatum exilium?

SED quia in delicto injuriæ, & in aliis delictis in quibus imponitur pena arbitraria, regulariter imponitur pena relegationis, id est volo istam materiam, & articulum notabiliter, & perfecte attingere & declarare. In quo resolvit dico, quod aliquando, &

Primo iudex imponit penam exilii ad certum, & determinatum tempus: & tunc illud debet redonari condemnato servare: aded quod si fecerit contrarium, & ingrediatur locum à quo exulatus est, dupliciter sibi tempus exilii quod superest: textus est formalis, & expressus in leg. aut damnatum, §. qui quis, ff. de penis. Cujus verba sunt: (Quisquis autem in opus publicum damnatus refugit, duplicato tempore damnari solet, sed duplicare eum id tempus oportet, quod ei superest

cam fugit, scilicet ne illud duplicetur quo apprehensus in carcere fuerit, & ibi ad hoc notat & commendat Bartol. & communiter Doctores: facit textus in §. temporales, l. ff. de excep. & ibi Glossa ordinaria: si verò per decennium sit exulatus, perpetuabitur exilium: si verò in perpetuum sit exulatus, punitur pena mortis, textus in leg. relegatorum, versu ul. planè, ff. de inter. & releg. textus in l. relegati, ff. de penis, & utrobique communiter Doctores, & idem disponit l. 10. tit. 31. 7. part.

Et adde, quod istud tempus exilii semper censetur esse continuum, non verò interpolatum, argumento textus in leg. cap. 5. ff. de adulteris text. in l. relegati, ff. de penis, textus in l. fin. §. quisquis ff. de public. & velig. & in terminis ita tenet Glossa singularis & unica in rubric. ff. de divers. & tempor. præscript. ubi ponit regulam & doctrinam generalem, quod in dubio omne tempus positum à lege est continuum, & non interpolatum, quam ubi ad hoc summè notat & commendat Doctor. & dicit unicam Imol. in clem. 1. de fin. integ. res. 4. colum. Philip Franc. in cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6. familiis etiam Glossa est in cap. 2. de tempor. ordin. lib. 6. & ibi Doctor. tenent etiam Angel. de Perus. Philip. Decius & Moderni in l. si idem cum eod. ff. de iur. iur. judic. Nec obstat textus in l. Paulus, §. fin. ff. de lib. an. ubi habetur, quod si dominus concessit libertatem servo in vita, vel morte, si serviat Titio per triennium, & medio tempore confugit, poterit complere illud triennium post reverſionem, & efficitur liber, imò etiam si dominus dicat quod serviat per triennium continuum, habet locum, & procedit illa dispositio, & ad hoc illum textum reputat singularem & unicum Roman. in l. fin. §. quotiens, de public. & versu g. 2. colum. Jas. in leg. si idem cum eod. ff. de iur. iur. judic. quia ad illum textum dupliciter respondeo. primo modo, quod procedit favore libertatis: vel aliter, & secundo quod post reverſionem debet per triennium servare, in quo non computatur primum tempus, ita singulariter tenet, & respondet Philip. Decius in dicit. leg. si idem cum eod. ff. de iur. iur. annuum judicium, pro qua sententia & resolutione facit textus notabilis in leg. cum haret, §. Stichus si heredi ff. de statu liber. ubi etiam in libertate tempus appositum sub conditione debet esse continuum, ex quo infero, quod tempus carceratis, quod ponitur blasphemanti per præg. 1. debet esse continuum Item adde, quod si transacto tempore exilii dabitur, an condemnatus illud impleverit, vel non, ei qui esse proponit, vel deducit illud in iudicio causâ intentionis suæ incumbit onus probandi, sicut in ætate allegata, in qua quis se fundat, ita probat textus in l. si mina, C. de iniur. veli. & ibi communiter Doctores: & in terminis ita tenet Bart. in leg. releg. ff. de penis, l. 1. col. & quast. & ibi alii Doctores. Item adde, quod tempus quo quis exiit in carcere non computatur in tempore exilii, textus est in d. l. aut damnatus, §. qui quis, ff. de penis, & ibi tenet Bart. & communiter Doctores.

\* De hoc vide textum qui probat contrarium in l. omnes, C. de penis, & ibi Doctor. ubi expressè dixit, quod tempus quo quis stetit in carcere debet computari in exilio, sed dicit quod ille text. debet intelligi, quando talis delinquens stetit in carcere post sententiam & condemnationem, & apertè colligitur ex illo text. & ex mente glo. Doctor. ibi, quis ante non datur ad penam, sed

sed ab custodiam, \*

Item adde quod nedum iudex potest ponere penam exilii, sed etiam ex causa potest delinquentem condemnare, ut sit in tali loco, civitate, vel domo, textus est in l. fin. ff. de interdict. & veleg. Cujus verba sunt: Potest præsequendam damnare, ne damn suo procedat, & ibi communiter Doctores: item etiam potest condemnare, quod non accedat vel tranſeat per talem locum, vel viam, ita probat textus in leg. mortis, versu. sunt autem, ff. de penis, & tenet Bart. in l. quod iuste, ff. de iur. iur. & ibi moderni.

3 Aliquando, & secundo iudex imponit penam exilii ad tempus, dicendo, Condemno Titium in pena exilii ad tempus, nullo determinato, & tunc intelligitur exulatus per tempus decem annorum: textus est singularis & unicus in iure in l. sine præſcripto, ff. de penis, Cujus verba dunt: Sine præſcripto tempore in metalum duo imperia danti decemque tempora præſcripta videntur, & ad hoc reputat singularem, & fortè non alibi Bartol. ubi notant, & commendat cæteri Doctores, & illum textum ad hoc reputat singularem, & unicum Bald. in c. ex literis, de consir. penult. col. & ibi Felin. 6. col. r. 6. idem Bald. in l. 1. C. de postulatione, l. col. in medio.

Aliquando, & tertio iudex imponit Penam exilii simpliciter, nulla facta mentione temporis, dicendo, Condemno Titium delinquentem in pena exilii, & tunc intelligitur exulatus in perpetuum: textus est qui sic debet intelligi in leg. servus, Cod. de penis, & ibi ad hoc notat & commendat Petr. Cynus, Bart. Alber. Bald. Angel. Salyc. & communiter Doctores. Confirmatur, quia iudex vel officialis positus ad beneplacitum in dubio censetur perpetuus, textus est bene notandus in leg. iur. scripto, ff. de excusat. tutor. facit etiam textus in l. nisi finis sufficit, ff. de condit. indebit. & facit doctrina Bart. & communis in l. de pupillo, §. si quis ipse prætor ff. de novi operis nunc. 3. col. & quast. Unum tamen est, quod in omnibus prædictis casibus talis pena exilii debet intelligi intra terminum, & locum jurisdictionis ipsius iudicis, qui sententiam protulit, non verò in alio: quod tamen notabiliter intellige & declara de loco, & jurisdictione penitus extranea, in qua reus delinquens nullum habeat domicilium: secus tamen est in ea haberet domicilium, ut si iudex domicilii & habitationis condemnavit eum in pena exilii, quia poterit dicere, & declarare ut condemnet eum in pena exilii à loco originis. Item etiam iudex loci ubi commissum est delictum poterit condemnare in pena exilii à loco & jurisdictione ubi delictum est commissum, & à loco originis, & à loco habitationis: textus est valde notabilis & quotidianus in leg. relegatorum, §. intercedere, cum §. sequens, ff. de interdictis, & relegatis, & ibi notat Bartolus & communiter Doctores.

4 Item adde quod durante tempore exilii non potest iudex concedere licentiam redeundi, sed solus princeps, textus est in leg. relegati, ff. de penis, in fin. Cujus verba sunt: Et nemo potest commeatum, remeatumve dare, nisi Imperator ex aliqua causa, & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Alber. & communiter Doctores: Idem Bartol. in leg. censentis, §. fin. de verb. obligat. ibi Jason, fin. col. Confirmatur, quia iudex postquam temel iudicavit, functus est officio suo, textus in l. iudex postea quæ ff. de re iudicata, text. in leg. cum quaerebatur, cod. tit. textus in l. Paulus, l. 1. cod. tit.

textus in l. divi fratres, ff. de penis, textus in l. 2. Cod. de sentent. ex peric. recit. unde ex post facto non poterit sententiam tollere, mutare, nec in aliquo alterare. Item etiam confirmatur per textum singularem in l. §. si quis ultro, ff. de quæſtion. 1. ubi habetur, quod si iudex condemnavit aliquem ad mortem, post & sententiam constet, & appareat de innocentia ejus, non potest ipse absolvere, nec revocare sententiam, sed requirendus est princeps, & ad hoc notat, & commendat ibi Part. & communiter Doctores, & dicit singulare in l. & si severior, Cod. ex quib. causis infam. irreg. penult. colum. sed hodie in nostro regno ipse iudex potest absolvere, & sententiam propterea revocare, ita probat lex 4. titul. 30. septima part.

Aliquando, & quarto iudex imponit penam exilii ad beneplacitum & voluntatem suam, dicendo, Condemno Titium in pena exilii, donec voluero, vel donec fuerit voluntas mea: talis sententia, & condemnatio bene valet. Sed dubium pulchrum, & necessarium est, an mortuo iudice, vel ab officio remoto, videatur revocatum exilium: & videtur quod non, imò quod in perpetuum duret, & remaneat Titius relegatus, argumento textus in leg. censentis, §. fin. ff. de verb. obligat. ubi habetur, quod in contractibus si actus, vel dispositio confertur in voluntatem aliqujus contrahentis per mortem; videtur nolle, & sic contradicere, & sic sententia videtur recipere istam significationem propter sensum verborum, vel aliter; & secundo videtur dicendum quod talis pena exilii sit ipso jure revocata, & finita. Primo, quia quando voluntas ponitur ad durationem & perseverantiam aliqujus actus, semper illa voluntas cessat, & finitur morte, textus est in l. 4. ff. locati, ubi si quis locavit vel in precarium concessit alteri domum, vel rem, quoad vel donec voluerit, statim ac moritur, censetur nolle & revocare contractum, & ad hoc notat & commendat ibi Bartolus, Paul. Fulgos. & communiter Doctores, textus in l. mandati, C. mandati, textus in leg. fin. ff. de solut. ergo in nostro casu, & quæſtione eatenus durabit pena exilii, quatenus durat voluntas iudicis, seu illa cessat per mortem, ergo, &c. Tertio pro hac parte facit textus in l. 3. ff. iudic. solvi. ubi habetur, quod fideiussor, qui promisit solvere quod iudicatum fuerit per certum iudicem, non tenetur solvere, quod iudicatum sit ab alio: imò quod magis est, hoc procedit etiam si iudicatum fuerit per iudicem appellationis, textus est in l. cum apud, ff. cod. tit. iudic. solvi. quem ibi ad hoc reputat singularem Bart. Paul. & communiter Doctores textus in leg. final. ff. qui sine manu ad liber. per ven. ubi si quis vendit ancillam pacto appposito, ut emptor manumittat, quando velit, dicitur velle per mortem: si verò dicatur, ut manumittat quam primum possit, modicum tempus spectatur, si verò simpliciter dicitur, quod manumittat, tunc tenetur infra duos menses manumittere, & idem disponit l. 45. titul. 5. quinta part.

Quinto facit textus in leg. idem Pomponius scribit, si frumentum, ff. de rei vendit. ubi probatur, quod declaratio animi est personalissima, & non tranſit ad heredes, & ibi notat Glossa ordinaria & communiter Doctores, text. in l. inter stipulantem, §. si Stichum, ff. de verb. obligat. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet originaliter Petrus, in de l. censentis, §. fin. & ibi Bart. penult. colum. & quast. Angel. Imol. Paul. Jas. & communiter

Pena exilii ad tempus.

Pena exilii in perpetuum.

Pena exilii ad tempus.

Pena exilii in perpetuum.

Contra prædictas opiniones.

Ratio 1.

Ratio 2.

communiter Moderni, Cyn. in l. fin. C. de con randa. emp. fin. colum. & quæst. & ibi Alber. Bald. Salye. & alii Doctores. Sed his non obstantibus ego teneo tertiam contrariam sententiam, imò, quod tali casu exilium non sit perpetuum per mortem iudicis nec sit revocatum, nec finitum, sed duret exilium eo modo, quo antea, & facultas, & voluntas revocandi transeat ad successorem in officio. Primò, quia censetur idem tribunal, & iudicium, quod non expirat per mortem alicujus iudicis, sed transit ad alium, & primus iudex, qui posuit pœnam exilii ad beneplacitum, & voluntatem suam, non est ausus ponere ad suam propriam tanquam privatam personam, sed tanquam publicam iudicis, qui secundum qualitatem delicti possit exilium extendere, vel contrahere, & per consequens talis facultas, & voluntas debet transire in iudicem successorem in officio, argumento textus in l. mortuo iudice, ff. de iudic. textus in l. proponebatur, eod. tit. iuncta Glossa ordinaria & communi opinione, textus in l. meminisse, ff. de offic. procons. & legat. textus in l. quod princip. ff. de leg. 2. textus in cap. quoniam cum Abbas, in materia de officio delegati, textus in l. amua, §. a Titia, ff. de annuis legatis. Confirmatur ratione, quia in dubio semper actus, vel dispositio debet intelligi secundum qualitatem personæ proferentis, & non alias, ut in l. plenum, §. acquisi, ff. de usu & habitatione, & ibi Glossa ordinaria, & communiter Doctores. Secundò principaliter pro hac sententia & opinione facit textus notabilis in proposito in cap. si super gratia, de officio delegati, in 6. ubi disponitur, quod licet regulariter actus commissus iudici delegato, cesset, & finiatur per mortem delegantis, tamen si ille actus est accessorius, & executivus ad ipsam causam principalem agitam coram primo iudice delegante, non finitur nec extinguitur ejus morte. Confirmatur adhuc ratione, quia licet morte mandantis expirat mandatum, tamen quando committitur, & mandatur executio accessoria alicujus actus principalis non expirat, nec finitur morte: textus est singularis & unicus in l. fundi venditor, §. fin. ff. de acquir. poss. quem ibi ad hoc notat & commendat Bartolus & communiter Doctores & reputat singularem & fortè non alibi Paul. de Castro. Nec obstant fundamenta contraria, pro communi opinione adducta, quia procedunt, & habent locum quando actus, vel dispositio ponitur in animo, & voluntate alicujus privatæ personæ, non verò aliàs, ut in nostro casu: nec obstat etiam textus in l. 3. ff. iudicatum solvi, quia loquitur in actu obligativo, ex parte personæ privatæ proferentis, quæ expressè & specialiter se retulit ad certam sententiam à certo iudice proferendam, & non fuit animus, nec voluntas aliter obligandi, unde necessariò ad aliud non extenditur obligatio: secus verò in nostro casu & questione, ubi actus fuit gestus à iudice tanquam à publica persona, & habuit respectum ad delictum & ejus qualitatem, & in dubio ejus virtus & effectus debet transire ad successorem in officio per fundamenta mea, & certè ista est vera & juridica opinio, & esset tenenda legendò, iudicando & consulendo.

\* Advertendum tamen quòd in hac materia exilii est pulchrum & singulare dubium, si iudex condemnavit aliquem in pœna exilii, & si illud non adimpleat, condemnavit in pœna corporali vel pecuniaria, an valeat & teneat sententiam, vel non; & videtur quod sit nulla: quia est contra

legem quæ disponit quod tantum duplicetur tempus ut supra dictum est, item quia sententia lata contra legem scriptam est ipso iure nulla, ut in l. cum prolatis, ff. de re iudicata, cum similib. Item quia inferior non potest tollere legem superioris, item ex aliis rationibus juris. Sed his non obstantibus teneo contrarium, imò quod talis sententia & pœna valeat & teneat, quia iura in præsentia allegata procedunt & debent intelligi, quando in ipsa sententia non ponitur aliqua pœna condemnato, secus verò si pœna per iudicem imponatur, quia illa est servanda, & ita quotidie fit & practicatur.\*

ANNOTATIONES.

ET illud ad hoc reputat sing. Extollunt etiam hunc textum Plat. in l. nemo, num. 6. & 8. Cod. de exact. tribut. Dec. in c. ex literis, num. 10. de consti. Jul. in l. 1. num. 38. ff. de re iud. & in §. curare num. 36. in §. de action. Lud. Gomez. in §. quadam, num. 22. illo sed. sit. & certè textus hic in l. sine profinito, 23. ff. de pen. tum singularis haberi debet, tum intelligendus omnino est, si verum amamus, & iuriconsulti verba contorqueat & ariolationibus sedare nolimus, non solum eum iudex sententiam ita dixit, eum ad tempus relego, seu in exilium damno, verum etiam cum simpliciter absque ulla temporum mentione in exilium aliquem condemnavi; nec argumenta in contrarium adducta quidquam obstant, cum sit hic casus specialis: denique, & Accurs. & alii non Proletarii interpretes, sic etiam non semel sensisse videntur, quidquid noster Gomezius aliter constituat.

ADDITIONES

SUMMARIUM

1. Doct. res referuntur, qui hanc materiam explicant.
2. Exilium non implens quæ pœna puniatur?
3. Tempus exilii debet esse continuum.
4. Exilium ad tempus, vel sine eo, quomodo intelligatur?
5. Exilium debet esse, & intelligi de locis intra jurisdictionem iudicis.
6. An iudex durante tempore exilii possit remittere illud?
7. Exilium voluntarium an iudice defuncto, seu remoto ab officio, revocatum censetur?
8. Exul factus à civitate, & ejus territorio, an possit habitare in locis exemptis à jurisdictione, & an in suburbis, & quid in populo augmentato postea?
9. Exilii pœna an sit corporalis?
10. Exul si moriatur, an cadaver possit adduci ad locum exilii.
11. Exul à civitate an possit per eam tra sive?
12. Exul conservat domicilium loci à quo exulat.
13. Exilium implet qui est incarceratus propter debita.
14. An maritum exulem debeat uxor sequi?

DE hac materia agunt præter ordinarios in propriis locis, Farinacius quæst. 19. ex numer. 16. & quæst. 87. numer. 67. & quæst. 107. ex numer. 267. & in fragmentis, verbo, Bannire, numer. 69. & sequent. Castillo in lege 49. Tauri, verb. Desterrandos, Clarus §. fin. disp. 71. Menoch. casu 530. Lara de Anniversariis, cap. 21. ex numer. 84. & cap. 25. num. 17. Aviles in præmio c. prator verb. Istat, & in cap. 2. verb.

verb. Camara numer. 6. Barbof. in l. quæ vale, ff. solut. matrim. num. 9. iterum Farinac. 7. 20. n. 130. Bobadilla in politic. l. 5. c. 1. n. 181. & c. 10. n. 32. Avendañ. de exequendis mandatis, l. p. c. 17. ex n. 9. Peguera in praxi crimin. c. 41. Bernard. Diaz in trakt. c. 126. Paz, in praxi 10. 1. p. 5. c. 3. §. 12. ex nu. 190. Didac. Gomez. Bayo in collect. verb. Exilium, ubi plura Azeved. in leg. 8. ritul. lib. 18. l. 4. ubi an sit causa civilis, vel criminalis, ubi imponitur pœna exilii? Tuschus lit. Reclusus, l. 32. & lit. B. conclus. 18. & seq. Narbona de arate anno 10. q. 9. n. 2. 4. ubi an successerit exilium in locum deportationis, aut relegationis, & quòd non intelligitur minoris decem annis cum dimidio.

Ad num. 1. ibi: Duplicatum tempus exilii, & Exilium non implens quòd ei duplicetur tempus quod superest, & si erat decennium perpetuetur exilium, si verò in perpetuū, & exul puniatur pœna mortis, ut hic resolvitur, docent Clarus in §. fin. 9. l. 1. n. 13. Menoch. de arbit. cas. 530. ex n. 15. (qui aliquib. dissentit) Villadieg. in politic. c. 5. n. 33. Gratianus disceptationum cap. 226. numer. 35. & 43. ubi quid sit exilium frangat effectus postea Clericus, vel è contra à quo iudice possit puniri: Peguera decis. criminali, 41. ex n. 1. Gregorius in l. 10. rit. 3. l. parita 7. Bernardus Diaz in practica, cap. 126. Paz in praxi, tom. 1. parte 5. cap. 3. §. 12. num. 109. & sequentibus, latè Farinacius in fragmentis, verbo, Bannitus, num. 83. & seq. ubi, num. 87. advertit, quod in hac duplicatione temporis non computatur, nec duplicatur tempus, quo quis stetit in carcere, sed tantum computatur tempus quo quis exilium non servavit (de quo etiam Bolanus in Curia, 2. parte, verbo, Prelacion, num. 65.) & num. 98. iterum advertit ipse Farinacius, quod ille qui exilium debebat implere, debet probare implevisse, cum sufficiat ex altera parte negari & numer. 90. cum Menochio supra dicto casu 530. num. 5. & Peguera, & aliis docet, non esse imponendam pœnam mortis non implenti exilium perpetuum, cum vide, & Thomam Sanchez in consil. moral. lib. 6. cap. 4. dub. 19. ubi an peccet mortaliter frangens exilium? & novillimè Narbona de arate, questione 45. numer. 3. ubi de minore non implente exilium.

Ad numerum 2. ibi: Quod istud, tempus exilii, & Tempus exilii debere esse continuum, & quod non computetur tempus, quod exiit in carcere, ut hic resolvitur, præter ea quæ diximus supra cap. 1. hoc tomo 3. agentes de Blasphemia, comprobatur ex eo, quia regulariter tempus intelligitur continuum, ex latè adductis per Antonium Bardum in tractatu de tempore nulli, per totum, Menochius de recuperanda poss. remedio 1. num. 450. Cardoso in praxi, verbo, Tempus, Cujacius lib. 2. observationum, cap. 18. Tiraq. de retractu lignagior. §. 1. glof. 111. n. 21. Amaya lib. 1. observationum, cap. 10. num. 5. ubi n. 7. & sequentibus, explicat contra alios, text. in l. Paulus 38. finali, ff. de liberali causa, hoc loco adductum à nostro Gomezio, quem videas, & Aviles in c. 25. pratorum, verbo, Dispensare num. 7.

Ad numerum 3. ibi: Et tunc intelligitur exulatus, & Exulatus ad tempus intelligi usque ad decennium, exulatum autem simpliciter in perpetuum exulatum censei, ut hic resolvitur, docent Peguera decis. criminali 41. n. 11. Bayardus ad Clarum questione 71. num. 9. Tuschus li.

Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. III.

vera B. conclus. 15. n. 1. & sequent. Gomez Bayo in praxi, cap. 24. n. 176. Paz in praxi, tom. 1. p. 5. cap. 3. ex n. 109. in §. 12. Varius de nullitate ex defectu processus, n. 95. Farinacius in fragmentis, verbo, Bannitus, n. 79. & seq. & quòd exilium simpliciter positum intelligatur de præcisio, non de voluntario, docet Salgado de process. 4. p. c. 12. n. 84. post Parlador. 3. tom. q. 17. n. 6.

Ibi: Unum tamen est, & Exilium debere esse & intelligi de locis intra jurisdictionem iudicis, cum d'elARATIONE nostri Gomezij, & non ultra, comprobant Clarus in §. finali, questione 71. n. 4. Bobadilla lib. 2. c. 21. n. 210. Farinacius supra, verbo, Bannitus, ex n. 69. ubi n. 70. docet cum multis gravissimis Doctoribus, quod hoc consuetudine non servatur: imò iudices posse bannire etiam locum suæ jurisdictionis; & vide etiam eundem in consilio 113. ex num. 9. libro 2. & Gregorium in lege 5. rit. 3. l. parita 7. glossa 1. Matienzo in l. 2. rit. 1. libro quinto, Recopilationis, glossa 5. n. secunda, ubi ex multis legibus hujus Regni probat quemlibet iudicem posse imponere pœnam exilii à toto Regno.

Ad numerum 4. ibi: Non potest concedere licentiam redeundi, & Non potest iudicem dare licentiam redeundi durante exilio, sed solum Principem id posse facere, ut hic resolvitur, docent Afflicti decis. 4. per totam, Avendañ. cap. 7. pratorum, ex n. 9. Farinacius questione 6. n. 10. & seq. ubi numero 14. ait, ex magna, & legitima causa posse dictam remissionem facere iudicem ordinarium, & quæst. 11. ex numero 12. Bobadilla in Politica, libro secundo, 16. ex numero 122. & capite 21. num. 21. ubi etiam addit iudicem ordinarium qui succedit in locum alterius posse remittere exilium voluntarium positum per prædecessorem, Aviles in c. 1. per totam, verbo, Directamente, numero septimo & in capite, secundum pratorum, verbo, Camara, n. 6. ubi an Domini temporales possint exilium remittere? de quo etiam Bobadilla in Politica, l. 2. capite. 16. numer. 124. ubi ait Dominos inferiores recognoscentes Superiorem non posse exilium præcisum remittere: Azevedus in leg. 15. rit. quint. libro secundo, Recopilationis, ubi probat, eandem conclusionem, nisi tales Domini inferiores hoc habeant de consuetudine; & addit se credere quod si exulatus esset pauper & causa levis, & ex parte factisfactum esset, posset iudex, si aliter ipse exulatus commodè sustentari non posset quàm in patria illa exilium remittere; vide etiam Cancericum variarum secunda parte, capite, secundum, num. 115. Menochius de arbit. quæst. 62.

Ad numerum 5. ibi: Sed his non obstantibus, & Exilium voluntarium non finiri morte iudicis illud imponens nec remotione ejus ab officio, sed eandem voluntatem transire ad successorem in officio, ut hic resolvitur, docent Clarus §. finali, questione 71. numero 14. ubi Bajardus n. 32. Caball. resolutione criminali. 8. ex num. 60. & cas. 143. ex n. 7. Tuschus hier. B. conclusione 89. Barbola in lege quia vale ff. soluto matrimonio, num. 91. Menoch. de arbitrar. quæst. 69. & alii relati à Farinacio in fragmentis, verbo, Banniti, n. 74. & sequentibus, & iterum n. 99. & sequentibus, ubi videtur distinguere, quod si voluntas, & beneplacitum est tanquam personæ particularis, expirat morte ejus, secus verò si est tanquam

tanquam Judicis, & personae publicae; sed profecto, in hoc casu videtur mihi voluntatem, & beneplacitum esse intelligendum tanquam Judicis, & personae publicae, quia ut talis condemnatur & poenam exilij imponit, vide eum & Gutierrez lib. 3. q. 11. num. 20. & Farinacium quaestione 87. n. 67.

Item an exulatus à civitate, & ejus territorio possit habitare in villa exempta jurisdictione civitatis? vide Bobadillam lib. 5. cap. 10. n. 32. Menochium de arbitrariis, l. casu finali, ex num. 16. Aviles in proemio cap. pratorum, glossa 1. a. ex num. 6. & quid in suburbiis? Lara de Anniversar. c. 21. n. 84. Aviles supra, ubi etiam quid in Populo augmentato postea.

Item an exilij poena sit corporalis, Azevedus in leg. 2. tit. 19. l. 8. Recopilationis, numero 1. & in lib. 8. tit. 18. lib. 4. Bobadilla lib. 5. cap. 1. num. 228. Salgado de protectione, 2. parte. c. 4. num. 165. & seq. Cancet. variarum, 3. part. cap. 17. n. 167.

Item si exulatus moriturus, an ejus cadaver possit adduci ad locum exilij, vide Rojas de hereticis singulari 81. num. 6. Lara de Anniversar. l. 1. cap. 25. num. 37. post Gregorium in l. 2. tit. 28. glossa 8. parit. 2. Farinacium quaest. 20. n. 130. & vide Medices in tract. mors omnia solvit, 3. part. num. 59. & 60.

Item an exulatus à civitate possit per eam transire, vide Farinacium tom. 3. quaest. 107. num. 167. & seq. & Narbonam ad tit. 4. lib. 1. Recop. leg. 10. glossa 2. num. 18.

Item quod exul possit domicilium habere in loco, à quo exulat, Petrus Gregorius in synagm. l. 8. cap. 13. num. 26.

Item quod exul qui est incarceratus propter debita exilium impleat eo tempore, vide Solorzanum de paricidiis, lib. 2. cap. 23. Pegueram in quaest. crimin. cap. 22. Vincentium de Franchis decis. 117. Bolanum in Curia Philippica, 2. parte. §. pralacion, n. 63. ubi etiam ait quod condemnatus in exilium debet illud implere, non obstante incarceratione pro debito.

Item adde, quod uxor debet sequi virum exulem: sic contra alios docet Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 41. num. 12. nec dissentit Petrus Gregorius in synagmate, l. 1. cap. 4. num. 19. sed alii plures apud Sanchez supra, contrarium tenent.

CAPUT IX.

De captiva Reorum,

SUMMARIA.

- 1 Antequam reus capiat, an requiratur quod constet verè & realiter delictum esse commissum?
- 2 In casibus in quibus debent confiscari bona, an debeat fieri per judicem descriptio bonorum delinquentis?
- 3 An, & quando possit quis capere delinquentem propria auctoritate?
- 4 In alieno territorio non potest iudex capere delinquentem.
- 5 Si iudex sequatur delinquentem à suo territorio in aliud, an possit ibi delinquentem personaliter capere?
- 6 In casibus, in quibus iudex vel officialis potest capere delinquentem, licet eum potest occide-

re, vel vulnerare, si eum cum telo defendat.

7 Durante lite post publicatas attestaciones, si constat de innocentia reus, an possit ante sententiam diffinitivam à vinculis relaxari?

8 An reus captus pro delicto possit sub fideiussoribus relaxari?

9 Si reus promittit sub certa poena se presentare infra certum tempus, an transacto illo termino incidat in poenam, si non sit presentatus?

10 In justè captus, & detentus, an possit semper appellare, etiam post decem dies?

11 Si reus captus effugit à carcere, an videatur confiteri delictum?

12 Si uxor maritum suum captum à carcere extraxit, an aliquà poena puniatur?

Vlla poena cujuslibet delicti, oportet videre ordine, & utilitate qualiter perveniatur ad capturam ipsius delinquentis.

In quo articulo resoluti vè dico, quod quando iudex vult procedere contra aliquem ex officio suo, vel ad petitionem partis per viam accusationis in primis oportet, quod constet delictum illud, de quo intendit querere, verè & realiter esse commissum, & istud esse capitale fundamentum totius iudicii, & idè est bona practica, & consilium, quod quando homicidium, furtum vel aliud simile delictum dicitur, & denunciatur esse commissum, iudex personaliter vadat, vel mittat officialem suum cum tabellone publico ad videndum, & verificandum hominem esse mortuum, vel furtum commissum, vel si tantum est offensus, vel vulneratus, inquirat, & reddatur certus, què vulnera habeat, & in qua parte corporis, & faciat redigi in actis: text. est capitalis, & expressus in l. §. item illud, ff. ad Syllan. Cujus verba sunt: (Item illud faciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quaestionem, liquere igitur debet fecerit interemptum ut senatusconsulto locus sit,) & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Alb. Bald. Angel. Roman. Cuman. Joan. Igneus, & idem probat textus in l. necessario, §. 1. eod. titu. textus in l. inde Neratius, §. ff. ad l. Aquil. textus in l. 1. §. si quis ultro, ff. de quaest. textus in l. dions Trajanus, ff. de milit. testam. text. in l. si, §. si tu Titium, ff. de furtis, text. in l. si quis legatum, vers. ceterum, ff. ad l. Cor. de Fal. textus in l. ejus qui delatorem, vers. nec enim, ff. de iure fisci, text. in l. 1. Codic. ubi causa fideles textus in l. §. Cod. de assessoribus, & utrobique communiter Doctores, confirmatur, quia quando lex statutum, vel dispositio se fundat in aliquo subiecto, vel qualitate, prius & ante omnia debet de illo constare: textus est in l. §. ff. de fideicom. liber. text. in l. 1. §. pragmatem, ff. de venire in poss. mittent. textus in l. 1. §. hac verba ff. ne vis fiat ei, l. 4. §. condemnatum, ff. ad re. jud. textus in l. si quis heres, §. si quis dubitet, ff. de arg. hered. text. in l. si quis hereditatem, eod. tit. text. in l. heres institutus, eod. tit. text. in l. qui dem, ff. de iure eod. text. in l. si curialis, C. de Episc. & cler. text. in l. non ignorat, Cod. qui accusar. non poss. Confirmatur etiam ex doctrina Bart. & communiter in l. in illa stipulatione si calendis, ff. de verborum obligat. jondo text. ubi dicit quod ille, qui fundat se in aliqua negativa, agendo vel excipiendo, debet eam probare, & in expresso licet non ita bene fundet istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. in fin. ff. de quaest. 1. col. n. 2. Bald. in l. si quando, C. unde vi, 1. col. n. 2. Paul. & alii Doctores in l. si quoties, §. si quis nomen, ff. de hered.

Proposito.

Officium iudicis.

l. eod. insit. Bald. in cap. clerici, de iudic. 1. col. 7. 8. Ang. de Aret. in tract. malef. in parte fama publica praecedens, vers. 12. tu iudex si bene cautus Gandinus qui valde commendat in eodem tractatu in rubrica de praesumpt. judic. 3. col. Paris. de Puteo in tract. syndicus, in par. confesso, 2. col. n. 5. Hippol. de Marfil. in l. 1. ff. de quaest. 1. col. n. 3. idem Hippol. in suis cons. 8. 12. & 14. & 40. postquam verò constitit delictum esse commissum, & verificatum sit per iudicem, ut supra proxime dictum est, iudex recipit summariam informationem per depositionem testium, & diligentem inquisitionem, & ille qui reperitur culpabilis, statim personaliter capitur, & incarceratur secundum qualitatem personae, & delicti: & in tali summaria informatione non debet pars, hoc est delinquens citari propter timorem fugae, quia alias nunquam sequeretur captura, nec possent delicta puniri: ita probat textus in l. nullus, Cod. de exhibent. reus, textus in l. 2. & per totum, C. de custod. reor. text. in l. 1. & per totu, l. 29. 7. part. & in expresso ita tenet & declarat Salyc. in d. l. nullus, C. de exhibent. reus, 2. col. 5. notab. idem Salyc. in l. abfentem, Cod. de accusat. 3. col. n. 9. Angel. de Aretin. in tractatu malef. in parte iudex commissus, 2. col. vers. sed cauti iudices. Hippol. de Marfil. in sua practica, §. constante, 1. col. idem Hippol. l. 1. ff. de quaest. 1. col. n. 1.

\* Circa quod tamen pro perfecta declaratione oportet scire quae sit ista summaria cognitio, vel informatio in reus possit capri cum quotidie hoc sit necessarium in practica: & breviter & resolutivè dico quod ipsa pars offensa non sufficeret, quia in causa propria nemo est idoneus testis, ut in l. nullus ff. de testib. cum similib. item quia eo ipso redditur inimicus. Item etiam quia sicut nemo est competens iudex in causa propria, ut in l. unica C. ne quis in sua causa sibi sit iudex, à fortiori nec testis poterit dicere testimonium, quia adhuc illo casu est majus periculum quàm in iudice propter appellationem, quia à iudice possit appellari, à teste non, quod intelligo nisi testis hoc dixerit in articulo mortis, ut latius dixi in materia torture, n. 16. sed bene sufficeret alius testis licet non idoneus, ut minor, servus, confanguineus, infamis, vel alias inhabilis persona. \*

Quod bene nota, & ita semper dixi & consului pro pauperibus incarceratis; & vidi iudices errare.

Item adde, quod in casibus, in quibus venit imponenda poena confiscationis debet per iudicem fieri descriptio bonorum ipsius delinquentis, per modum inventarii, coram tabellone, ne bona pereant, vel occultentur in damnus fisci, & si iudici videatur, deponet ea penes aliquem tertium, qui habeat custodiam, & curam eorum, & ita quotidie fit, & praedicatur, & in terminis ita probat textus in l. ff. de requir. reus, & ibi notat Bartol. & communiter Doctores antiqui, textus in l. 1. Cod. eod. tit. & ibi notat & declarat Salyc. 2. col. n. 5. textus in l. si quis intra, Cod. de bonis profec. & ibi notat & commendat Bald. Salyc. & alii Doctores in l. §. penult. ff. de ventre in poss. mittent. textus in l. fin. C. de bon. vacan. & ibi Doctores tenet etiam, & declarat Bart. in l. post contractum, ff. de donat. fin. col. Platea in l. defensionis facultas, C. de iure fisci.

Item adde, quod nemo debet capere delinquentem propria auctoritate, nisi iudex, vel alius bet capere de mandato ejus, ut hodie facit executor, & offic.

cialis publicus ad hoc & similia deputatus, textus est in l. fin. C. de exhibent. reus. Cujus verba sunt: Neminem in iudicio exhibendum esse precipimus, nisi de cuius exhibitione iudex immunitioverit, & ibi ad hoc notat & commendat Glossa ordinaria, Olofred. Petr. Cynus, Jacobus, Bartolonia, Albericus, Angelus, Salycetus & communiter Doctores; quod intellige quando est privata persona: secus verò si sit officialis publicus, quia ille talis capere potest delinquentem, etiam sine mandato, si reperiat eum in flagranti delicto argumento textus in authent. de defensor. civit. §. audiens, collat. 3. ubi habetur, quod iudex inferior, qui non habet jurisdictionem contra personam delinquentis, potest eum personaliter capere, & suo iudici presentare; textus in l. si quis, ff. de proconsul. & legat. l. mo. quod magis est, iudex secularis, vel officialis ejus potest capere clericum repertum in flagranti delicto, & suo iudici presentare, per practica jura, & in expresso ita tenet Bartol. in l. si quis in servitute, ff. de servit. 2. columna, & ibi Angel. de Perus. & alii Doctores, Baldus in authent. si qua pro calamitiam, Cod. de Episc. & cler. 2. col. n. 2. idem Bald. in cap. 1. §. si quis vero, el. 1. de pace juram. firmam, 1. col. n. 6. in ususibus feud. Abbas cap. cum non ab homine, de iuric. 4. col. n. 15. & ibi communiter Doctores, Idem Abbas in cap. ut fama, de sentent. excommuni. & ibi communiter Doctores, Anchar. & alii Doctores, in cap. 2. de foro compet. Angel. de Aretin. in tractatu malef. in parte fama publica praecedente, vigesima quarta columna, vers. scilicet. nota. Jason. in l. 2. ff. de iurisdic. omn. iudic. quinta col. n. 16. & ibi alii Moderni;

in parte fama publica praecedente, vigesima quarta columna, vers. scilicet. nota. Jason. in l. 2. ff. de iurisdic. omn. iudic. quinta col. n. 16. & ibi alii Moderni; in modo etiam quod magis est, partes offensae, vel ille cuius interest, poterunt capere delinquentem in flagranti delicto, & ducere ad iudicem, argumento textus in leg. 5. ff. de adultis, textus in l. interdum, la. 2. §. qui furem, ff. de furtis, per quae jura ita tenet Bald. in dist. leg. fin. Cod. de exhibent. reus, columna 1. n. 1. Imò adhuc, quod magis est, quilibet privatus de populo potest capere delinquentem, & iudici presentare, si in crimine reperiat eum in flagranti delicto, ita Baldus in dist. cap. 1. §. si quis vero el. 1. de pace juram. firmam, 2. col. n. 6. idem Bald. per textum ibi in l. nec timorem, ff. quod met. causa, & ante eum idem tenet Bart. in l. eam cod. ff. ad l. Juliam pecul. 1. col. in fin. dicebat tamen Florian. in l. 3. ff. ad l. Aquil. hoc procedere, & esse verum in delicto publico, non tamen in privato; quia cum non sit licita, nec permilla accusatio cuilibet de populo, à fortiori non erit licita captura persone, sed nihilominus teneo primam opinionem tanquam veram & aequam, quia in punitione delicti etiam privati utitur favor publicus, & iudex ex officio possit punire etiam non existente parte, ut suo loco dixi.

Item adde, quod in aliquibus casibus, & delictis specialibus, potest quilibet privatus capere delinquentem etiam ex intervallo, licet non recipiat eum in flagranti delicto, quos casus & delicta numerat Glossa ordinaria & magistratilis in dist. leg. fin. Codic. de exhibent. reus, & ibi communiter Doctores, & enumerat lex 1. tit. 29. 7. partit. debet tamen iudici presentare infra viginti horas, alias committit crimen privati carceris, ita probat textus in l. capite quinto, ff. de adult. & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Bartol. & communiter Doctores: probat etiam textus in l. 1. C. de privat. carcer. & ibi etiam

aliquem delinquentem auctoritate propria.

Partes offensa potest capere delinquentem.

Reperit in flagranti delicto potest à quolibet capi.

Inventarium bonorum delinquentis.

Nemo delinquentem propria auctoritate, nisi iudex, vel alius bet capere de mandato ejus, ut hodie facit executor, & offic.